

✠ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno imperatore: anno sexagesimo tertio: sed et constantino frater eius magno imperatore anno sexagesimo die decima mensis septembri indictione sexta neapoli: Certum est me maria qui marena clamatur filia quondam domini bitaliani cognomento arvomaculo: relicta autem quondam domini sergii cognomento de gintile: A presenti die promtissima voluntatem: venumdedi et tradidi tivi iohanni ferrario qui nominatur corbulo filio quondam petri ferrarii qui nominatur corbulo: idest integra una petia mea de terra que nominatur at correlari: posita in loco qui nominatur casole: una cum intersicum suum et cum ex parte de scapula ibique coniunctum parte occidentis et cum palmentum frabitum et subscetorium suum: qui in ipsum intersicum exe bidetur: et qualiter descendit et badit da ipsa clusuria usque at cilium de alia scapula qui fuit de illum bofrantinum qui modo abes bono ferrario previgno suo: insimul una cum arboribus et fructoras suas et cum portione mea de piscina comune: qui est iusta ipsa clusuria: et cum introitas earum et omnibus eis pertinentibus: pertinente mihi per comparatum per chartulam comparationis mea membranis scripta que mihi exinde fecit iohannes filium quondam domini stephani qui nominatur pappamaurontum postmodum vero monachi: cum consensum maria amalfitana conius sua et at memorato iohanne pertinuit per comparatum per alia chartula comparationis que at eum exinde fecit stephano qui nominatur rindininum filium quondam petri herarii rindininum postmodum vero monachi et maria iugales: et at eis obbenit a

✠ Nel nome del Signore Dio Salvatore nostro Gesù Cristo, nell'anno sessantesimo terzo di impero del signore nostro Basilio grande imperatore ma anche nell'anno sessantesimo di Costantino suo fratello, grande imperatore, nel giorno decimo del mese di settembre, sesta indizione, **neapoli**. Certo è che io Maria detta Marena, figlia del fu domino **bitaliani** di cognome **arvomaculo**, vedova inoltre del fu domino Sergio di cognome **de gintile**, dal giorno presente con prontissima volontà ho venduto e consegnato a te Giovanni Ferrario detto Corbulo, figlio del fu Pietro Ferrario detto Corbulo, vale a per intero un pezzo di terra mia chiamato **at correlari** sito nel luogo chiamato **casole**, con il suo pezzo di terra interposto e con quella parte della cresta di collina ivi adiacente dalla parte di occidente e con il torchio in muratura e il suo riparo che risulta essere nello stesso pezzo di terra interposto e come discende e va dalla stessa chiusura fino al ciglio dell'altra cresta di collina che fu di quel **bofrantinum** che ora ha Bono Ferrario figliastro suo, con gli alberi ed i loro frutti e con la mia porzione della vasca comune che è vicino la stessa chiusura e con i loro ingressi e tutte le cose ad essi pertinenti, appartenente a me per acquisto mediante un mio atto di acquisto scritto su pergamena che pertanto a me fece Giovanni, figlio del fu domino Stefano detto **pappamaurontum** dopo invero monaco, con il consenso di Maria **amalfitana** coniuge sua, e al predetto Giovanni appartenne per acquisto mediante altro atto di acquisto che dunque a lui fecero Stefano detto **rindininum**, figlio del fu Pietro Erario **rindininum** dopo invero monaco, e Maria, coniugi, e a loro pervenne dal fu Leone Erario, figlio di Marino Botrantino, e allo stesso Leone

quondam leone herario filio marini botrantini: et at ipso leone pertinuit per chartulam comparationis sua que ad eum exinde fecerunt stephano et bono germanis filiis quondam petri morci milite de casole: et da summo filio quondam iohanni thio et nepotes: memorato quondam summo pro vice stephano puerulo nepote suo filio iohanni germani sui: quibus ipse chartule cum unum dispositum qui in presentis dedi pro tua et de tuis heredibus defensione: memoratum dispositum fecit quondam drosium filia quondam boni presbyteri conius memorati leoni ferrarii continente quommodo donabit ipsa drosium at memorato leo viro suo integra quarta parte falcidii sui que ad ipsa drosium obbenire debuit: et coheret sivi at memorata clusuria ab uno latere caba publici: et de alio latere est terra tua memorati iohanni ferrarii sicuti inter se sepiis et fossatus exfinat: et de uno capite est atrium de memorata piscina comune unde ipsa portione mea qui venumdedi: seum et fundiciolum tuum memorati iohanni ferrarii sicuti inter se egripus et parietina seu sepiis exfinat: et at memoratum intersicum in qua est ipse malmentum est ex parte ex ipsa clusuria que tibi superius venumdedi: et a foris ipsum intersicum est memorata scapula: et a parte occidentis coheret terra mea que in mea reserbavi potestatem: sicuti inter se sepiis exfinat: et a parte meridiana est memorata scapula qualiter descendit usque at ipsa terra memorati boni ferrarii: De quibus nehil mihi exinde aliquod remansit aut reserbavi nec in aliena cuiusque personas quod apsit commisi aut iam commicto potestatem: set a nuc et deinceps prenominata memorata clusuria mea de memorata terra cum memoratum intersicum in qua est memoratum palmentum et cum memorata scapula cum portione mea de memorata piscina

appartenne mediante suo atto di acquisto che a lui pertanto fecero Stefano e Bono fratelli, figli del fu cavaliere Pietro Morco di **casole**, e da Summo, figlio del fu Giovanni, zio e nipote, il predetto fu Summo per conto di Stefano piccolo fanciullo nipote suo e figlio di Giovanni fratello suo. I quali atti con un disposto in presente ti ho dato per difesa tua e dei tuoi eredi. L'anzidetto disposto lo fece la fu **drosium**, figlia del fu Bono presbitero, coniuge del predetto Leone Ferrario, contenente come la stessa **drosium** donò al suddetto Leone marito suo l'integra quarta parte, suo falcidio, che alla stessa drosium dovette appartenere. E confina con la predetta chiusura da un lato il burrone di proprietà pubblica, e dall'altro lato la terra di te predetto Giovanni Ferrario come tra loro la siepe e il fossato delimitano, e da un capo é l'atrio della predetta vasca comune di cui la stessa porzione mia che ho venduto e anche il piccolo fondo di te predetto Giovanni Ferrario come tra loro il canale e le rovine di un muricciolo e la siepe separano. E confinante al predetto canale in cui é lo stesso torchio, é dalla parte della stessa chiusura che sopra ti ho venduta e davanti al pezzo di terra interposto é l'anzidetta cresta di collina, e dalla parte di occidente confina la terra mia che riservai in mio possesso come tra loro la siepe delimita, e dalla parte di mezzogiorno é l'anzidetta cresta di collina come discende fino alla terra del predetto Bono Ferrario. Di cui dunque niente rimase o riservai a me né, che non accada, affidai o affido ora in potere di qualsiasi altra persona, ma da ora e d'ora innanzi la predetta mia chiusura dell'anzidetta terra con il predetto pezzo di terra interposto in cui é l'anzidetto torchio e con la predetta cresta di collina con la porzione mia della suddetta vasca con il suo atrio quanto a ciò é pertinente e con gli alberi e i loro frutti e con i loro ingressi e con tutte le cose a loro pertinenti, sia da me a te venduto e

cum atrium suum quantum ad oc pertinet et cum arboribus et fructoras suas et cum introitas earum et omnibus eis pertinentibus a me tibi sint venundatum et traditum in tua tuisque heredibus sint potestatem queque exinde facere volueritis ab odierna die semper liberam abeat potestatem: et neque a me memorata maria qui marena clamatur neque a meis heredibus nec a nobis personas summissam nullo tempore numquam tu memorato iohanne ferrario qui nominatur corbulo aut tuis heredibus quod apsit abeat exinde aliquando quacumque requisitione aut molestiam per nullum modum nec per summissam personas a nuc et in perpetuis temporibus: insuper et ab omni homines hominque personas homni tempore ego et heredibus meis tibi tuisque heredibus exinde in omnibus antestare et defensare debeamus hostendente tu et heredibus tuis mihi meisque heredibus memorate quatuor chartule cum memoratum dispositum que tibi dedi at relegendum et fine faciendum ubi necessum abuerimus et sic tibi tuisque heredibus illos antestare et defensare debeamus: propter quod accepi a te exinde in presentis in omnem decisione seum deliberatione: idest auri solidos duodecim de tari ana quatuor tari per solidum sicut inter nobis combenit: Si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissam personas: tunc compono ego et heredibus meis tibi tuisque heredibus auri solidos viginti quatuor bythianteos et ec chartula venditionis ut super legitur sit firma scripta per manus sergii curialis per memorata sexta indictione ✠ hoc signum ✠ manus memorata maria qui marena clamatur relicta memorati quondam sergii de gintile ego qui memoratos pro eam subscripsi et memoratos solidos traditos

✠ ego petrus filius domini cesarii

consegnato e in te e nei tuoi eredi sia dunque la potestà di farne quel che vorrete e dal giorno odierno sempre ne abbiate libera facoltà. E né da me predetta Maria detta Marena né dai miei eredi né da persona a noi subordinata in nessun tempo mai, tu predetto Giovanni Ferrario detto Corbulo e i tuoi eredei, che non accada, abbiate pertanto mai qualsiasi richiesta o molestia in nessun modo né tramite persone subordinate da ora e in perpetuo. Inoltre da ogni uomo e da ogni persona in ogni tempo io e i miei eredi dobbiamo sostenere e difendere *ciò* in tutto per te e i tuoi eredi, se tu e i tuoi eredi mostrate a me e ai miei eredi i predetti quattro atti con l'anzidetto disposto che ti ho dato affinché li rilegga e persegua il fine quando ne avremo necessità e così dobbiamo sostenere e difendere ciò per te e per i tuoi eredi per quello che ho pertanto accettato da te in presente, vale a dire dodici solidi d'oro ciascuno di tarenì quattro per solido, come fu tra noi convenuto, in ogni decisione e deliberazione. Se poi diversamente facessimo di tutte queste cose menzionate in qualsiasi modo o tramite persone subordinate, allora io ed i miei eredi paghiamo come ammenda a te ed ai tuoi eredi ventiquattro solidi aurei di Bisanzio e questo atto di vendita, come sopra si legge, sia fermo, scritto per mano del curiale Sergio per l'anzidetta sesta indizione. ✠ Questo è il segno ✠ della mano della predetta Maria detta Marena, vedova del fu Sergio **de gintile**, che io anzidetto per lei sottoscrissi e gli anzidetti solidi *vidi* consegnati.

✠ Io Pietro, figlio di domino Cesario, pregato dalla soprascritta Maria, come teste sottoscrissi e gli anzidetti solidi *vidi* consegnati. ✠

✠ Io curiale Giovanni, pregato dalla predetta Maria, come teste sottoscrissi gli anzidetti solidi *vidi* consegnati. ✠

✠ Io Giovanni, figlio di domino Sergio, pregato dalla soprascritta Maria, come

rogatus a suprascripta maria testi
subscripsi et suprascriptos solidos
tradidos bidi ✕

✕ Ego iohannes curialis rogatus a
memorata maria testis subscripsi et
memoratos solidos tradidos bidi ✕

✕ ego iohannes filius domini sergii
rogatus a suprascripta maria testi
subscripsi et suprascriptos solidos
tradidos bidi ✕

✕ Ego sergius Curialis qui memoratos
post subscriptione testium Complevi et
absolvi per memorata sexta indictione ✕

teste sottoscritti gli anzidetti solidi vidi
consegnati. ✕

✕ Io anzidetto curiale Sergio dopo la
sottoscrizione dei testi completai e
perfezionai per l'anzidetta sesta indizione.
✕